S. D. Clarissime vir Scio non temere
interpellandos esse eos qui Rempublicam
gubernant, et vos magnam molem negociorum
sustinere non ignoro sed spero mihi
veniam dari, causas scholasticas commendanti.
Nam et hae ad remp. pertinent. Sacerdos
est in Soltwedel, Ioachimus Flork
qui sacerdotium suum resignare cupit
filio ~~[illegible]~~ suae sororis Ruperto
Krunge Soltwedelensi docto homini et
facundo, qui ministerio praeest scholae
Soltwedelensi. Et narrat suae familiae
aliquid iuris in eius sacerdotij collatione
fuisse. Sed de iure nihil disputo. Hoc
adfirmo Rupertum propter ingenij vim,
eruditionem, et gravitatem morum dignum
esse qui vestra autoritate ornetur.
ac poterit usui esse aliquanto post in
functione Ecclesiastica. Oro igitur ut
proficiens ... Illustrissimi Principis